



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Reliqui[a]e sanctorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- Apost. delegati, Regulares alloquentes quascumque Moniales sine licentia . Cong. Conc. An. 1624. edito decreto.*
 9 Idem possunt concedere Regularibus, ut quater ad summum in anno possint alloqui: Moniales consanguineas in primo & 2. tantum gradu. eadem Ann. 1623. Urban. VIII. annuente.
 10 Non in festis, Aduentu, Quadragesima, feria sexta, sabbato, & vigilijs. *ibid.*
 11 Et praesente confessario, & Auscultatricibus, dataque licentia in scriptis pro die, & hora; quae in libris Episcopi notentur. *ibid.*
 12 Si Ordinarij plures concederint, S. Cogregationis iudicium timeant. *ibid.*
 13 Et eadem lege tenentur in hac re pueri, & alii mulieres intra claustra degentes. *ead. 1590.*
 14 Administratores bonorum Monialium Regularibus subiectarum rationem reddant Episcopi, & superioribus Regularibus. Greg. XV. Anno 1622.
 15 Si male reddant, amoueri possunt ab Episcopo, facta prius monitione superioribus praedictis. *ibid.*
 16 Et possunt Episcopi punire malos administratores dictorum bonorum. *ibid.*

A D D I T I O.

- 1 Regularis sine licentia accedens ad Moniales Regularibus subiectas, & cum eis colloquens, potest ab Episcopo loci tanquam sedis Apostolicæ delegato coerceri, & puniri, decisum refert *Lezana summ. qu. Regul. c. 25. n. 36.*
 2 Reperti alloquentes sine licentia consignari debent carcerati eorum superioribus, à quibus erant declarandi priuati voce actiuæ, & passiuæ. *Congreg. Episc. 17. July 1615.*
 3 Qui superiores debent facere certioram Episcopum, & S. Congregacionem. *ead. 7. Mart. 1617.*
 4 A paenit pro allocatione Monialium non possunt absoluiri, nisi à sede Apostolica, aut à S. Cong. Ep. *ead. 7. Nov. 1605.*
 5 Confessarij extra actum confessionis non possunt alloqui Moniales, sub iisdem paenit, quibus alii. *ead. 21. Febr. 1617.*
 6 Non comprehenduntur in hoc decreto Provinciales, nec ministri Provinciarum, neque superiores, quibus Moniales subiectæ sunt. *ead. 1593. apud*

Barbos de iure Eccl. l. 1. c. 44. num. 165.
 7 Vicarius Fratrum comprehenditur, nisi absente Pioore vices illius agat. *ead. 1. Sept. 1617.*

8 Vbi Moniales clausuram non observant, Regulares loquentes cum eis extra claustra non incurunt praedictæ vocis penas. *eadem 15. Mart. 1594.*

Regul. iura circa Tertiarias.

- 1 **N**on possunt audire confessiones earum, nisi fuerint approbati ab Ordinario. *Congr. Ep. 1616.*
 2 Neq; ministrare illis Eucharistiam in die Paschatis. *eadem ibid.*
 3 Neque domi in infirmitate, neque extremamunctionem. Leo X. Anno 1516. *Vide infra Tertiary.*

Reliquiae Sanctorum.

- 1 **D**ebet Episcopus recognoscere Reliquias Sanctorum, & miracula. *Trid. fess. 25. de inuoc. & ven. SS.*
 2 Reliquie SS. recognoscantur, adhibitis piis viris. *idem loco cit.*
 3 Scripta, tabulæ, litteræ, monimenta, testes, arcæ, schedulæ accurate recognoscantur, vnde translatae, & hæc tuto asseruentur in Archivio Proli. 4.
 4 Ipsæ Reliquie cernantur; non eæ tamén, quæ iub altariis; nisi iudicio Episcopi. *ibid.*
 5 Scribantur in libro cum suis documentis asseruando in Archivio Episcopali. *ibid.*
 6 Alii inferiores Episcopo non possunt. *Barbos Galleg. 97. num. 9.*
 7 Non potest Episcopus approbare Reliquias, etiam sancti antiqui, nondum canonizati, & eas publice colendas exponere. *Barbos ibid. num. 10.*
 8 Si vero sint canonizati, competit Episcopo approbatum illarum, possuntque exponi approbatæ. *Azor. p. 11. 2. lib 9. cap. 8. qu. f. 8.*
 9 Si existat dubium, an sint Sancti canonizati vel beatificati, ne exponantur adorandæ. *Sanchez tom. 1. decal. 1. 2. cap. 43. num. 12. 29.*
 10 Reliquie etiam non approbatæ, ad ornatum crucis in cruce collocatae possunt

- sunt cum ea exponi, quasi accessoriè.
idem *ibid. num. 17*
- 11 Antiquæ Reliquiæ habenda sunt ea
veneratione, qua haec tenus sunt habite,
decisum refert Barb. *loc. cit. n. 12.*
- 12 Corpora Sanctorum nondum cano-
nizatorum non possunt ponи sub alta-
ri. *Cong. Episc. 10. Junii 1586.*
- 13 Sanctorum corpora extra altaria in
arcis condita niarmoreis, ne collocentur
in eo facello, ubi asservatur sanctissi-
ma Eucharistia. *Prou. 4.*
- 14 Et clathris ferreis muniantur. *ibid.*
- 15 Ipsa corpora sint inuoluta panno serico
coloris apti ad sanctum, cuius sunt
ossa. *ibid.*
- 16 Tabella ænea cum nomine sancti in-
cludatur. *ibid.*
- 17 Lampas ardeat assidue, nisi excusat
egestas. *ibid.*
- 18 In vasculis decoris et collocentur.
Prou. 1.
- 19 Vasa, thecæ, arcæ, stata prece benedi-
cantur. *Prou. 4.*
- 20 Claves duas sint, penes Episcopum, &
Rectorē Ecclesie; si Vniuersitas aut alii
laici habere solent, addatur tertia. *ibid.*
- 21 Ne exponantur, nec etiam à Regula-
ribus, sine licentia Episcopi in scriptis,
cum eius approbatione. *ibid.*
- 22 Neque passim exponantur, sed in se-
stis solemnioribus, & sanctorum, quo-
rum sunt Reliquiæ. *ibid.*
- 23 Nullo modo exponantur nudæ, nec
sine luminibus. *ibid.*
- 24 Nec educantur è loculis earum. *Pro-
vinc. 1.*
- 25 Non quæstus gratia exponantur. *ibid.*
- 26 Cum exponuntur, fiat processio à Cle-
ro Ecclesie, & cum luminibus. *ibid.*
- 27 Antequam exponantur, vel ostendan-
tur, thurificentur, & idem fiat à Thuri-
ferario præente in processione. *Pro. 4.*
- 28 Idemque fiat, cum reconducentur. *ibid.*
& cum processione, ut prius. *ibid.*
- 29 Deserantur ab induito Cotta, & stola,
vel etiam pluviali cum hymnis in via,
& oratione in fine opportunitis. *ibid.*
- 30 In Altari candelæ saltem quatuor col-
lueant, & custodes sacris ordinibus
initiati adhibeantur. *ibid.*
- 31 Horum opera, non laicorum coronę ad-
moueantur Reliquiis, ut eas tagant. *ibid.*
- 32 Cum è loco superiori ostenduntur
populo, prædicta ratio seruetur, exce-
pta processione. *ibid.*
- 33 Ad ægrotos non portentur Reliquiæ
SS. Prou. 5.
- 34 Neque radantur ossa, vt rasura detur
cum potu infirmis. *Congreg. Episc. 17.*
Decemb. 1591.
- 35 Extractio Reliquiarum, seu translatio
corporum, & Reliquiarum, si perpetue
tradita sunt sepulturae, non potest fieri
sine auctoritate Papæ, vel sanctæ Syno-
di. *Sylva Reliquiarum SS. q. 3.*
- 36 In Prouincia Mediolanensi extractio
prohibita à Greg. XIII. moderata est à
Sixto V. vt sufficiat licentia Episcopi,
non Papæ. *Cong. Episc. 16. Febr. 1588.*
- 37 Ab uno loco ad alium ne transferan-
tur sine iusta causa, & facultate scripta
Episcopi. *Prou. 4.*
- 38 Translatio Reliquiarum insignium,
iudicio Episcopi, fiat cum solemni
pompa, & pio cultu. *ibid.*
- 39 Cum pridiana recognitione, compo-
sitione in area, assignatione clauium,
& ob-signatione. *ibid.*
- 40 Fiat cum apparatu viarum, sono capa-
narum, processione, Missa solemnis, cō-
cione, & expositione in Altari per diem
integrali cum debitissimis ceremoniis. *ibid.*
- 41 A Notario fiat instrumentum per acta
singula. *ibid.*
- 42 Si iumento, vel curru vehantur, decen-
ter sternantur. *ibid.*
- 43 Quacumque iter fit, significatio pieta-
tis, & lætitiae in Clero, & populo ne de-
sideretur. *ibid.*
- 44 Dies translationis, in qua ultimo re-
ponuntur, anniversario officio Divino
de Sancto, cum licentia maiorum, quo-
tannis celebretur. *ibid.*
- 45 Si est Reliquia insignis, corpus, ca-
put, brachium, crux, aut illa pars, in qua
passus est martyr, modo fit integræ, &
non parua, & legitime, ut supra, appro-
bata, fieri potest de Sancto, cuius est
Reliquia, officium duplex. *Congr. Rit.*
8. Apr. 1628.
- 46 Priuatim potest quilibet venerari San-
ctum nondum canonizatum, & eius
Reliquias colere. *Barb. & Azor. locis
supra cit. num. 8. 11.*
- 47 In Oratorio priuato retineri possunt
Reli-

- Reliquiae SS. de licentia Episc. Prou. 4.
 48 In priuatis ædibus, aut apud laicos ne
habentur. *ibid.*
 49 Neque tangantur à laicis, neque per
eos tractentur. *ibid.*

Representationes sacrae.

- 1 Prohibentur fieri in Ecclesijs. DD.
apud Bartbos. *alleg. 24. num. 25.*
 2 Passio Salvatoris nullibi agatur. Pro. 1.
 3 Neque Sanctorum martyria, actiones
ve, nisi de licentia Episcopi. *ibid.*

Residentia.

Vide supra: Canonorum Residentia, & Pa-
rochorum residentia.

- 1 Ad residentiam cogi possunt ab
Episcopo superiores Ecclesiarum
Collegiatarum, licet habeant iurisdi-
ctionem in canonicos. decizum refert
Gatz. par. 3. cap. 2. num. 181.
 2 Sine consensu Ordinarij nulla valet
dispensatio Apostolica non residendi,
etiam ratione studij. *Pius IV. An. 1564.*
 3 Non residentium ultimæ voluntates
annullantur, quacumque auctoritate
suffulta. *Idem ibid.*
 4 Alia pœna non residentium haben-
tur apud Sylv. *Residentia. quest. 5.*
 5 Potest Episcopus applicare fructus
non residentium fabricæ Ecclesia Par-
ochialis, etiam si non indigeat, quæ
potest in dies indigere. decizum refert
Gatz par. 3. cap. 2. num. 31.

ADDITIO.

- 1 Teneatur Episcopus residere, licet
habeat coadiutorem. *Cong. Episc. 7.*
Sept. 1619.

Restitutio incertorum.

- 1 Potest Episcopus præcipere confes-
satijs, ne ablique consilio suo resti-
tutores absoluant, aut distribuant. Na-
uarr. in *M. an. cap. 17. num. 92.*
 2 Est facienda pauperibus, non paupe-
rioribus, vel melioribus, nisi de consi-
lio. *idem ibid. num. 95.*

- 3 Non tamen potest Episcopus rese-
nare sibi absolute restitutionem incer-
torum. *Cong. Episc. 14. Janij 1619.*
V. sive num. 20.

Sacramenta.

- 1 IN ministrandis Sacramentis adhibez-
tur superpelliceum cum stola. *Pro. 1.*
 2 Laici, qui recipiunt Sacramenta, de-
ponant arma. *Prou. 3.*
 3 Et ij item, qui sunt compatres in ba-
ptismo, & confirmatione. *ibid.*
 4 Pro Sacrementorum administratio-
ne, nihil potest accipi hoc titulo, etiam
à sponte dantibus. *Quod offertur spon-
tè pro Eleemosyna, accipi potest. Con-
greg. Conc. 1. Febr. 1593.*
*V. interdictum. num. 21. 28. & seqq. Regu-
larium iura sub Episcops. num. 22. Simo-
nia. num. 12. 13. V. sive num. 13.*

Sal.

- 1 Sal exterrum in terris Ecclesiæ me-
diatè, vel immediatè, subiectis non
potest emi. *Gregor. XIII. apud Nald.*
Emptio num. 17.

Scriptura Sacra.

- 1 Scrorum librorum editio vulgata in
publicis lectionibus, disputationi-
bus, prædicationibus, & expositionibus
authentica habeatur. *Trid. eff. 4.*
 2 Puniantur ab Ordinarij, qui sacra Scri-
ptuam ad suos sensus contorquent,
contra sensum S. Matris Ecclesiæ, &
vnaminem Patrum consensum. *Idem ib.*
 3 Ne eiusdem verba usurpentur ad irre-
uerentiam, & contemptum, ad scurri-
liam, vanam, adulaciones, detractiones, su-
perstitiones, incatationes, diuinationes,
fortes, libellos famosos, sub pœnis iu-
ris, & arbitrij Episcoporum. *Idem ibid.*
 4 Biblia vulgari lingua edita nō possunt
legi, neque retineti, neque Episcopi,
neque Inquisidores, neq; Regularium
superiores dare queunt licentiam Cle-
men. VIII. in *Indice lib. prohib.*
 5 Compendia historica Bibliorū, seu li-
brorum sacræ Scripturæ, vulgari idio-
mate scripta, codem modo prohiben-
tur. *Idem ibid.*

6 Ver-